

**H**ermanni Marchionis  
Brand: De non incidendis  
pannis per ulnas à Textoribz  
año: 1305.

Nos Hermannus DEI gratia Bran-  
deb: Marchio et Dominus de Hennen-  
berg Recognoscimus publicè protestan-  
tes, quod cum Cives Communes in Görliq  
et Textores ibidem pannos facientes  
inter se Controversiam super pannis inci-  
dendis moverent et haberent, ipsam con-  
troversiam ad nostram audientiam de-  
latam cassavimus, et Burgenses Commu-  
nes uniendo cum Textoribus, eam ami-  
cabiliter concordavimus, diligentes inter-  
cedem et volentes concordiam ammodo  
conservari. Ne igitur occasionem inter  
se habeant prædicti Cives ex utraq; parte  
contendendi, decrevimus, quod textores  
prædictæ Civitatis nostræ et alij, cujus-  
cunq; conditionis extiterint homines pan-  
nos incidere nullatenus debent cunctis  
temporibus hujus mundi. Hi verò qui in  
domo forensi existere dignoscuntur pannos  
incidant, de nostræ beneplacito volunta-

Nemo debet pan-  
nos incidere

nisi qui in do-  
mo forensi  
existat.